GREGORIUS MAGNUS
Österreich, Anfang 14. Jh. Seite 74r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift



magnis ymbribus infundunt
Igitur quotiens in sancta ecclesia recte
quidem uiuunt sed tamen predica
re eandem rectitudinem nesci
unt. stelle quidem sunt sed in
siccitate aeris nate. quia per
exemplum bene uiuendi lu
cere ceteris possunt. sed per predica
tionis uerbum pluere neque
unt. Cum uero in ea quidam
et recte uiuunt et aliis ean
dem rectitudinem uerbis predica
tionis influunt quasi ad pro
ferendas pluuias in celo
stelle perducuntur. que sic uite
sue meritis luceant ut eti
am sermone predicationis plu
ant. An non in hoc celo astrum
pluuie moyses extitit qui
cum de supernis emicuit corda
peccantium quasi arentem infe
rius terram sancte exhortacionis
pluuia ad ubertatem germi
nis infudit. An non ysaias
astrum pluuie ostensus est.
quia in eo quod lucem ueritatis pre
uidens tenuit siccitatem infi
delium prophando annuntians ri
gauit. An non iheremias et
prophete ceteri uelut in celo po
siti astra pluuie fuerunt qui
in predicationis culmine erec
ti. dum prauitatem peccantium
libere increpare ausi sunt
quasi uerborum guttis obceca
tionis humane puluerem
rigando presserunt. Quorum
uidelicet animas ab hac corrup
tibili carne susceptas quia
ex presenti uita superna iudi
cia auferunt. quasi a celi fa

tie stelle pluuie subtrahuntur
et ad occulta astra redeunt
dum pactis cursibus suis sanctorum
anime in thesauris dispositionis
intime recondunt. Sed quia
terra aresceret si subductis
stellis pluuie superna fundi
tus fluenta cessarent recte
dicitur. Qui aufert stellas plu
uie et effundit ymbres ad
instar gurgitum. Nam cum
prophetas abstulit eorum uite
dominus apostolos misit qui in si
militudinem gurgitum plue
rent postquam subductis an
tiquis patribus exteriora legis
predicamenta tacuissent. Stel
las ergo pluuie abscondit et
ad instar gurgitum effundit
ymbres. quia predicatores
legis ad secreta et intima
retulit. per dicta sequentium
uberiores predicationis ym
bres emanauit. Possunt quoque
per stellas pluuie sancti apostoli de
signari. de quibus iudee repro
bate per ieremiam dicitur. Prohibi
te sunt stelle pluuiarum et se
rotinus ymber non fuit. Stellas
ergo pluuie dominus abstraxit.
atque ad instar gurgitum ym
bres fudit quia cum de iudea
predicantes apostolos abstulit
doctrine noue gratia mundum ri
gauit. Quod utrumque factum in ec
clesia potest non inconuenienter in
telligi. quia cum solutis cor
poribus ad secretos supernorum
sinus apostolorum animas retu
lit quasi a celi fatie in morem
gurgitum ymbres dedit quia